



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

10. Executioni testamenti quando succedat legitimus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

d. Abb. sancti Proculi doctorem vtriusq; iuris, quoniam adiectio illa habetur loco proprii nominis. De herede tenendum esset, quod dixi. De successore teneatur, quod Dominicus retulit.

- IO** Quintò, † exequetur legitimus, quando plures erunt executores: & vnus est mortuus, vel exequi non vult: quoniam tunc succedet ex iuris dispositione legitimus: sicut in casu tertio supra dixi. quoniam paria sunt: nolle atq; non posse: vt C. de contr. emp. l. fin. & extra de rescr. c. sciscitatus. Item, quia paria sunt nullū in testamēto dimittere executorē, vel dimissum mori, ac nolle officium adsumere: vt in authen. vt liceat matri & auia. §. 1. col. 8.
- 8** Quod firmare visus est Spec. §. nunc aliqua, ver. sed si alter. Alij putant, quòd commissarius superstes defuncti, voluntatem implebit, quasi melior in hoc sit occupantis cōditio: sicut in pluribus procuratoribus dici consuevit. l. pluribus. ff. de procurat. cum l. seq. & c. non iniuste. eodem titu. l. non distinguemus. §. cum
- II** in plures ff. de arbi. † Item, quia sicut in pluribus legatarijs, quibus est legatus vsusfructus,